

F.W. 50. (22)

Za/
148

AD
ORATIONEM SOLEMNEM
IN
MEMORIAM
SVMMI IVRECONSVLTI ET PERILLVSTRIS
VIRI,
CASPARIS CHRISTIANI
SELIGMANNI,

POTENTISSIMO POLONIARVM REGI
DVCI ET ELECTORI SAXONIAE QVONDAM A CONSILIIS SACROSANCTIS,
ITEM
CONSVLIS QVONDAM INCLVTAE CIVITATIS ZITTAVIENSIVM
GRAVISSIMI,

FVTVRO MERCVRII DIE,

D. VII. MART. MDCCXLIV.

HOR. IX.

AB SE HABENDAM

INVITAT,

SIMVLQVE

DE

GEORGIO AGRICOLA,

MEDICINAE DOCTORE CELEBERRIMO, RET METALLICAE
MAGISTRO OPTIMO, VNO,

EXPOSIT

RECENS. I.

ADAM DANIEL RICHTERVS,

GYMNAS. DIRECT.



Cuitatem, in qua Medici habentur, qui nomen magnitudine eruditionis suae extendant, eorum gloria suum quendam etiam splendorem assequi, quis est, quem medicinae dignitatem utilitatemque iudicare potest, qui non fateatur. Tali autem splendore *Chemnicum* in Misnia ab antiquis temporibus prosectorum non ignobilis est. Nam *Agricolae*, *Goebelii*, *Fabri*, *Bureni*, *Griebneri*, *Hornii*, *Mollerii*, *Schenkii*, *Naeui*, *Garmanni*, *de Rhoda*, caet. omnes Medici urbis, qui suo vocabulo iam apud nos Physici audunt, tanta nomina sunt, quae obliuione seputa nondum iacere poterunt. Quoniam autem in quolibet viro eruditio primae magnitudinis, si quid aliud, illud certe praecipuum est, ut celebritatem nominis non in patria solum, sed etiam apud barbaros adeptus sit, ego prosector *Georgium Agricolam*, Medicinæ Doctorem, qui *Consul* olim Chemnicensis, ter quidem magistrans, *Physicus* urbis celebrerrimus, et primus principis stirpis Albertinae *Historiographus*, Principum etiam in bello *Medicus Caffrensis* fuit, ordinis sui facile principem et iis adnumerandum esse existimo, qui ex doctrina sua suam pariam exteris etiam nationibus claram et honoratam faciunt. Concidimus ergo, operam nostram non proflus improbatum iri, quam sata huius viri, ante aliquot annos a nobis tunc exposita, iam accuratius indagare, retractare et, si quae ab eruditis desiderata fuerint, emendare constituimus.

Verum est, quod *Georgius Agricola*, praeter alia multa, quae suo loco indicari debent, de rebus physicis et praesertim de re metallica ita luculentiter scriptis, per que effigies suis locis infertas omnia ob oculos posuit, ut non solum, quae rem metallicam spectant, clarissimi non tradi possint, sed ut exteri etiam, in primis Itali, multa, quae ex hoc quasi communis Magistro rei metallicae demum cognoscunt, sua saepem mentiti sint. Accedit etiam, quod in his rebus latinitas *Agricolæ* nostri ita pulcherrima est, ut primus sit, qui nostrorum temporum eruditos metallica pura latinitate eloqui docuerit, *Paulum* puta *Eberum*, *Cajparum Peuerum* in libello, quem Lipsiae a. 1559. in 8. editum inscripsit: *Vocabula rei Numismatice*; et prosector alias omnes.

Egregium hoc Reipublicae Chemnicensis Ornamentum, de quo *Fabricius* in itinere suo Chemnicensi pag. 326. testatur:

Hinc, urbs Casareis Casum prope condita montem
Auspiciis, suuī præterabentis adepta
Nomen, Chemnicum nos excipiit alite lacto.
Haec nunc ingenio Agricolæ celeberrima magno,
Qui pulchrum confrigit opus, terraque sub alta
Daedala quod natura tegit, caligine mersum
Obscuri, doctorum oculis proponit, ut ante
Pondera reficiunt. etc.

patriam habuit *Glaucham*, oppidum in Comitatu Schoenburgenſi, non maximum, *Chemnicio* in Misnia vicinum, ubi anno millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, die uicesimo quarto Martii, inter horam quartam et quintam uesperinam, in lucem huius uitae prodiit; quem annum nativitatis *Agricolæ Bernh. Sturmius* hoc Chronodistiche annotauit:

Ingenio nVLLI, nVLLI VIta seCVnDVs,
In teneras aVras proDIlt AgrICoLa.

Postquam fundamenta bonarum literarum, et praesertim graecae linguae, in Germania feliciter posuerat, anno Christi, supra millesimum, quingentesimum, decimo octauo *Cygnæ Scholam* graecam, quæ huius ludi tunc appellatio erat, aperuit, adque annum millesimum secundum usque, nouus scholæ Rector extra ordinem ibi constitutus, per quatuor annos administravit.

Quanto hic Vir improbatum opere primum in iuuenta indulgentiarum nundinationes, illud isti uersiculi ab ipso *Zwickaniae*, anno decimo nono, compositi et publice affixi probare possunt, qui sic habent:

Si nos inieeto saluatibz ciftula nummo,
Heu nimium infelix tu mihi pauper eris.
Si nos Christe tua seruatos morte beasti,
Iam nihil infelix tu mihi pauper eris.

Anno Christi millesimo quingentesimo uigesimo, quum adhuc nouae rei scholasticae Cygneae praefasset, Petrus Mosellanus Agricolae referibebat, quod in lucratione, quam *Agricola*, typis paratam, *Mosellano* ante perlustrandam miserat, aliquot latini sermonis figuras, coactas magis quam proprias, uel commutasset uel molliuisset, et quod typographus libellum typis excudendum suscepisset, suadebatque, ut pro *Glauchiano* posthac se *Glauchium Agricolam* scriberet, ista insimul pollicitatione usus, si ipsi confilia proceferint, ut haec tenus, quum iam octidui spatio, praeter salariu[m] suu[m], in Collegii maximi dignitate allegatur, quod ipsum in partem praedae aliquando vocaturus sit. Quae autem ista lucubratio *Agricolae*, *Mosellano* tunc ad perlustrandum transmissa, fuerit, facilis conjectura est in uoce *Glauchii*, quem se prima uice *Mosellani* suau[s] apellauit *Georgius Agricola* in libello rarissimo, ipsi *Albino*, ut puto, non cognito, de *prima ac simplici institutione Grammatica*, quem libellum uidere licet in Bibliotheca *Platneriana* II, 5. excusum Lipsiae in Officina *Melchioris Lottheri*, Ao. XX. Libellus ipse in 4o. pl. 6. dedicationem habet in fronte, optimam indole Pueris, *Paulo de Porta Molendini* (germ. *Wihl-Pfort*) et *Erasmo Virgilio* (ueracula lingua fine dubio *Bärensprung*) scriptam, in qua officium praecceptoris breuiiter designatum est, ut pueros suue fidei commissos cum in artibus, tum in rebus fidei, rite instruat. In libello ipso nil nisi octo partes, quas orationis dicunt, et quidem isto ordine expositae sunt, ut inter adverbium et praepositionem interiectio media constituta sit. Verba epistolae *Mosellani* de hoc libello *Georgio Agricolae* scriptae haec sunt:

Quod nuper tibi non e ueltigio per bibliopolam tuum rescripsi, ob multas et eas quidem molestias accidit occupationes: Quibus eo temporis articulo sic distrahabar, ut, quid potissimum uel finendum uel omnitudinem mihi esset, ignorarem. Nunc de lucubratione tua sic habe. Placeret eam mihi, ut quae maxime, esse tamen in ea aliquot latini sermonis figuras coactas magis, quam proprias: Has ut meo arbitratu[m] uel commutem uel molliam pon opinor aegre feres. Qui alioquin meo iudicio rei summanni commiseris. Typographus noster *Lottherus* obuius, quod ajunt, manibus libellum formulis suis excudendum suscepit. Sed neclum. Vacant formiae huic negotio idoneae. Ut ad Trinitatis sanctae seriae istic libellos distrahendos delipem. Attamen in hoc ero totus, ut res matureret. Sed et illud mihi in te permisi, ut pro posthac *Glauchano* sis *Glauchius*. Hoc enim mollius mihi uidetur. Iam quod ad nostras res attinet, ostium aperui studiois et bonis omnibus hic ac fortunas emergendi. Nam cum nuper quidam ex his, quos hic Collegiatos vocant, uita functus esset, tantum partim corram, partim per litteras in aula effeci, ut illustrissimus Princeps *Sophilis* nostris ab electione deiectas fortunas ipse fu[er]o arbitrio dispensandas suscepiter. Quae res his hominibus *reis et erois tuis agere dixi*, pene omnem emergendi spei ademit. Pro certo futurum est, ut octidui spatio praeter salariu[m] meum in Collegii quoque maximi dignitatem adiegar. Siquidem res apud Principem jam dudum fuit certa. Quod si nostra nobis confilia proceferint, ut haec tenus, et tu in partem praedae aliquando vocaberis. Ad haec Nationum discrimina, quae haec tenus sive sunt obseruata, non nihil ad aquilitatem concordia matrem reduximus sibi Principis autoritate freti. Praelectio Augustini miro successu a me suscepit etiam, qui nolint finiceriorem theolum reforrescere. Sunt in hac nobis auditores supra ducentos, atque inter hos monachii plus duodecim, Magistri et Theologiae Baccalaurei supra uiginti: *Guolphanus Wildheccus* ad nos commigravit. Vtar homine ut olim familiarissime. Placet ingenium, placet judicium. Nisi paulo magis ab eorum laboribus extuendis refugit, de quibus tamen iudicium facere non conatur, figurare tamen. Nimirum querundam parum candidorum hominum contagio infectus. Tu bene uale et has litteras noli nisi fortasse *Stellae* nostro communica, cui me seruulum esse dico, quantumvis raro scribam. Lipsiae pridem Calendas Junii An. MDXX.

Theodorum emaculatum mitto.

PETRVS MOSELLANVS.

Optimo pariter et eruditissimo homini D. *Georgio Agricolae*, *Glaucio*, apud *Cygnos*
ludi graeco-latini *Magistro*, suo amico charif.

Zu Zwicksal dem neuen Schul-Meister,

Lipsiam itaque non diu post, Rectoris munere *Cygnae* abdicato, commigravit, Lectorque *Petri Mosellani*, qui eo tempore columna habebatur *Vniuersitatis*, ibi aliquandiu factus, tandem in Italiam abeundi consilium cepit, ubi inter alios, *Nicolum Anconem*, qui in medicina, quam docebant Arabas fecuti, diligenter ueritatus erat, et *Iohannem Naenium*, Chemniciensem, qui tum in latinis et in graecis litte-

Za 148 R

X 3387088

ris, tum maxime ueteri illa medicina eruditus erat, audiuit. De Naeuio quidem dubitari posset, quum *Agricola aetate* non solum maior, sed etiam una cum Naeuio eodem anno 1523, comes itineris in Italiam uenit. Quia uero *Naeuius* iam ao. 1519. *Lipsiae Baccalaureus* artium creatus, et *Wittebergae* deinde iam per quatuor annos arte medendi innutritus fuerat, ita ut modo in Italia colophonem studiis addicturus esset, *Ferrarae* ao. 1523. *Doctor* creatus, ego sane non uideo, cur prorsus fieri non queat, ut *Naeuium* suum, fodame, priuacim saltē audierit. De *Nicolao Ancone* prorsus non dubito, quem *D. Andreas Tiraquellius* in libro suo de *Nobilitate*, cap. 31. et quidem in *medicorum per Alphabetum Nomenclatura* p. 206. scrip-
toorem dicit istius temporis. Num autem hic *Nicolaus Anco*, a patria *Ancona* for-
san sic dictus, cum *Nicolaus Nicolai*, *Florentino*, et fortasse etiam cum *Nicolaus Ferrario* unus idemque esse possit, uiderint alii.

Agricola ex Italia deinde anno millesimo quingentesimo uigesimo sexto in pa-
triā redux factus ad suderos montes se contulit, rei metallicae studio ardere co-
pit, et, ab amicis persuasus, aо. 1527, in *Valle Ioachimica* officium et munus meden-
tiū sūcepit, ubi, quicquid temporis vacuum habuit a munere et a cura rei domesti-
cae, id totum consumit in percunctandis hominibus artis metallicae peritis, et in
legendis scriptoribus graecis et latinis, quos aliquid de metallis putabat memoriae
prodidisse. Ita ut tandem, quum uideret, extare perpaucā, plura abolita, ipse ani-
mum induceret scribere de rebus subterraneis, quae uel legisset, uel ex peritis rei
metallicae didicisset, uel ipsé uidisset in fodiinis et officiis.

Anno millesimo quingentesimo trigesimo circiter primo ex *Valle Ioachimica*
Agricola Chennicium commigravit, ubi sè studio physicae et medicinae totum tra-
dedit, eque tenebris, quibus obruta iacerunt, subterranea eruere et in lucem pro-
ferre conatus est. Quod ut eo felicius praestaret, accepit tandem a *Mauritio*, Prin-
cipe Saxonie, non immunitatem modo aedium et uacationem publici muneris, sed
Georgii Cammerfladii, Iureconsulti, suaſu annuum quoque stipendium sibi decretum.
Fecit tamen ipse non paruos de suo in eam rem sumtus, et rei familiaris, quam ho-
nestis rationibus, si non toto animo in studia incubuisset, rerumque occultarum co-
gnitionem maioris, quam diuitias et opes aestimasset, multum potuisse augere,
iacturam non exiguum.

Reliqua, quae uitam huius celeberrimi Medici, *Georgii Agricolae*, pluribus
illuminant, dabimus alio tempore. Ego uero non inconuenienter me iam fecisse exi-
stimo, qui de hoc *Civie Chenniciensi* amplius scribere uolui, quum *Vir summus et*
perilliſſus Dominus CASPARVS CHRISTIANVS SELIGMANNVS, cuius memoria anniuerſaria FVTURA MERCVRI DIE, HORA NONA, recolenda uenit, originem
genit ſua Chennicio in Misnia repetere potuit. Patrem enim nactus era M. ZA-
CHARIAM SELIGMANNVM, qui *Zittauiae Archidiacoonus* fuit, natum Chennicii
in Misnia aо. 1627. d. 30. Septembr. et sic *Auum* habuit CHRISTIANVM SELIG-
MANNVM, nat. 1594. Ciuem Chennicii honestissimum, cui nupſit aо. 1623. d. 5.
Aug. ANNA ARNOLDINA, Proauum uero GEORGIVM SELIGMANNVM, qui
Chennicii aо. 1578. BARBARAM, BLASII LEOPOLDI, cuius Franckenbergenſis, filiam
in matrimonio duxit, et *Abauum MATTHAEVM SELIGMANNVM*, *Abauum*
uero MAGDALENAM, ita ut *Gens Seligmanniana* ab antiquis temporibus Chenni-
ciī notissima fuerit. Oratio noſtra, in memoriam huius PERILLVSTRIS VIRI haben-
da, commemorabit de *Vſu ignis solemniori apud ueteres, cum in rebus humanis,*
tum diuinis.

Rogo autem summa pietate et officioſe MAGNIFICVM ET AMPLISSIMVM SENATU-
M, VENERABILES VERBI DIVINI ADMINISTROS ATQVE OMNES LITTERATOS, ut hu-
ic memoriae recolendae beneuole et frequenter interrefere uelint.

P.P. Zittau. Dom. Esto-mihi. An. MDCLXIV. (1764)

Z I T T A V I A E ,

LITERIS JOANNIS ERNESTI STREMELII.

AD
 ORATIONEM SOLEMNEM
 IN
 MEMORIAM
SVMMI IVRECONSVLTI ET PERILLVSTRIS
 VIRI,
CASPARIS CHRISTIANI

G M A N N I,

IMO POLONIARVM REGI
 QE QVONDAM A CONSILII SACROSANCTIS,
 ITEM
 NCLVTAE CIVITATIS ZITTAVIENSIVM
 GRAVISSIMI,

MERCVRII DIE,

II. MART. MDGCLXIV.

HOR. IX.

E HABENDA M

INVITAT,

SIMVLQVE

DE

O AGRICOLA,

CELEBERRIMO, REI METALLICAE
 PRO OPTIMO, VNO,

EXPOSIT

RECENS. I.

NIEL RICHTERVS,

MNAS. DIRECT.



(1764)

